

ist, das wir zcu solchir vorwechsselunge, nach dem die dem heiligen Creutz zcu gute gescheen, vnser gunst vund willen gegeben habin —, also das iglich teil solch stugk acker, als das an es des wechssels halben komen ist, hinfur habin vund gnissen sal vngehindert ꝛ. Zcu orkunde mit vffgedrucktem insigel ꝛ besigelt vnd gebin zcu Dresden am montage noch Ascensionis domini ꝛ. LXX sexto.

Nach Cop. 59 fol. 563 im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.

Schäfer Sachsen-Chronik I. S. 452.

No. 373. 1477. 31. Dec.

*Protocoll über die Aussagen des Altaristen Johannes Budatzsch in Betreff gewisser Rechtsverhältnisse des Altars S. Mauritii et S. Ursulae in der Capelle des h. Kreuzes.*

Ego Johannes Junge de Wulkenstein clericus Misnensis diocesis publicus sacra imperiali auctoritate notarius recognosco in praesenti meo prothocollo, quod sub anno incarnationis domini MCCCC LXXVII die Martis quae fuit ultima mensis Decembris hora quasi duodecima pontificatus [sanctissimi] in Christo patris et domini domini Sixti divina providentia papae quarti anno eius sexto in stubella superiori domus honestae dominae Magdalенаe relictae quondam providi viri Georgii Czan conthoralis legitimae constitutus personaliter honorabilis vir dominus Johannes Budatzsch sedens ibidem in lecto suae aegritudinis fruens tamen per omnia debita ratione ad interrogationem per honorabilem virum Theodericum Czan plebanum in Geyer pro tunc praesentem sibi factam, quamdiu videlicet altare sancti Mauritii et sanctae Vrsulae virginis in capella sanctae Crucis opidi Dresden rexisset aut in possessione sua habuisset, respondit dictus dominus Johannes, quod ad minus per spatium triginta annorum obtinuisset et tanquam verus rector huiusmodi beneficium sive altare possedisset. Item 2° ab eodem domino Theoderico interrogatus, an unquam hoc sub tempore domino plebano Dresdensi ex parte huius altaris ut praemittitur aliquod restaurum dedisset, respondendo asseruit, quod numquam dedisset nec solvisset aliquid pro restaurum; adiecit similiter, quod tanto temporis spatio nullus ab eo quicquam hac in re postulasset. Item 3° inquisitus per dictum dominum Theodericum, an de hiis quinque aut sex censitis in Antiqua Dresden morantibus ultra censum annum sibi dari praetextu dicti altaris consuetum habuisset collationem sine impedimento tanquam dominus et collator huiusmodi bonorum domorum ortorum horreorum agrorum aut quovis vocabulo censeantur, intuitu quorum bonorum ad huiusmodi censum annum pro dicto altari sancti Mauritii ꝛ ipsi censuales forent quomodolibet obligati, responsum dedit et palam proposuit, quod ipse uti dominus et rector saepedicti altaris censum tempore suo persolvendum ab hiis censitis, de quibus supra, libere percepisset pariterque bona huiusmodi altare praenarratum ut praemittitur concernentia cum vendita realiter fuissent, ipse extunc more in huiusmodi collationibus fieri consueto absque omni contradictione sive impedimento alicuius officialis capitanei schosseri exactoris aut cuiusquam magistri civium in Antiqua Dresden pro tunc existentis interveniente libere contulisset. Super quibus omnibus et singulis praemissis sic peractis